Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1116 - 1118

urn:nbn:de:bsz:31-326693

Visual Library

ęcclesię persolvat, ipse autem de eisdem denariis unicuique fratrum denarium in anniversario meo administret. quicumque autem heredum hanc hereditatem possidere voluerit, de manu decani absque honoris pecunia suscipiat. si quis autem heredum hereditate decesserit, is, qui ei hereditario jure succeserit, datis tantum quatuor denariis prenominatam hereditatem possideat. acta sunt hęc in civitate Argentina anno dominicę incarnationis 1116, indictione 9, regnante Heinrico anno 10 regni ejus, Cônone episcopo, Friderico duce [1], Sigefrido advocato, in horum presentia testium : Burchardi decani, Geroldi, Diezmanni, Hugonis, Dietherici, Cônradi, Hessonis, Humberti, Burchardi, Hartgeri, Gebenonis, Ottonis, Berhdolfi, Cônonis.

B aus dem Straßb. Bez.-A. G fasc. 2708 *or. mb. lit. pat. sine sig.*
Gedruckt nach dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 12 nr. 6 = Grandidier Hist. d'Als. II, 227 nr. 574 i. Auszug.

71. *In einer Schenkungsurkunde der Gräfin Helwig von Egisheim für die Straßburger Kirche :* presentibus tam clericis quam laicalis ordinis majoribus civitatis. Couno episcopus, Bruno major prepositus et imperatoris cancellarius, Eberhardus edituus, Roudegerus archidiaconus, Burchardus decanus, Hesso scolarum magister et multi alii canonici presentes fuerunt et firmaverunt. de ordine laicali Sigefridus advocatus et Heinrich et Diepolth vicedominus et multi alii interfuerunt. hęc vero traditio facta est Paschali Romano pontifice ęcclesię presidente, regnante Heinrico imperatore 7 anno incarnationis domini 1118, concurrente 1, epacta 6, indictione 9 [2]. *1118.*

B aus Straßb. Bez.-A. G nr. 16 *or. mb. c. sig. int. subt. impr. delapso.*
Gedruckt darnach bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 16 nr. 9 = Grandidier Hist. d'Als. II, 232 nr. 579. Schöpflin Als. dipl. I, 193 nr. 244 aus dem cod. membr. 1357.

72. *Domprobst Bruno schenkt dem Domstift in Straßburg sein Gut im Dorfe Scherweiler. 1118.*

† In nomine sanctę et individuę trinitatis. omne testamentum tali ratione conscribitur, ut res acta et tempore pręterita teneatur in memoria. notum sit igitur cunctis Christi fidelibus, qualiter ego Bruno major Argentinensis ęcclesię prępositus et imperatoris Heinrici cancellarius [3] per manum mei advocati Uuecelonis comitis [a] libere legaverim et absque omni contradictione donaverim sanctissimę dei genitrici Marię prędium meum, quod adjacet in villa, quę nominatur Scerewilre, tam in

a) per—comitis *von gleicher Hand aber mit bedeutend kleinern Buchstaben über die Zeile geschrieben.*

---

[1] *Friedrich II Herzog von Schwaben, 1105—1147.*

[2] *Epacten- und Indictionsziffer incorrect statt der richtigen 26 und 11.*

[3] *Als kaiserlicher Kanzler von 1112 November 30—1122 Juli nachweisbar, vergl. Stumpf Reichsk. II, 253. Als Gründer des Klosters S. Mærgen im Schwarzwald in einer Bulle Pabst Honorius II für dasselbe 1125 November 27 bezeichnet, vergl. Jaffé Reg. Pontif. nr. 5218.*

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg